

BULA
CON QUE LA SANTIDAD DE BENEDICTO XIV.


CONFIRMA, RENUEVA, AMPLIA, Y DECLARA los Privilegios, Gracias, Exempciones, Immunidades, y Prerrogativas, que los Sumos Pontifices ſus Anteceſſores han concedido à la Sagrada Religion de San Juan de Jeruſalèm, deſpachada motu propio en Santa Maria la Mayor en 12. de Marzo de 1753. y año decimotercio de ſu Pontificado, por los grandes ſervicios que ha hecho, y continuamente hace à la Chriſtiandad eſta Religion, convirtiendo ſu Erario, y derramando la ſangre de ſus Cavalleros, y Religioſos en defenſa de nueſtra Santa Fè Catholica.

Dada el Paſſe en la debida forma por el Real, y Supremo Conſejo de Caſtilla.

Y MANDADA PUBLICAR, Y OBSERVAR RIGUROSAMENTE, ſegun, y como ſe contiene, por el Iluſtriſsimo, y Reverendiſsimo Señor Don Geronymo Spinola, Arzobiſpo de Laodicèa, Nuncio Apoſtolico en eſtos Reynos de Eſpaña, con facultad de Legado à Latere.

A PEDIMENTO, E INSTANCIA


DEL ILL.mo SEñOR VENERANDO BAYLIO FR. DON Fernando Antonio de Aguilera y de los Rios, Cavallero Gran Cruz del Orden de San Juan, Comendador de Paradinas, y de Valleſa, Recibidor General de ſu Sagrada Religion en Madrid, y Miniſtro encargado de los Negocios de la miſma en dicha Corte.

OS DON GERONYMO SPINOLA, por la gracia de Dios, y de la Santa Sede Apostolica, Arzobispo de Laodicéa, de nuestro Santisimo Padre, y Señor Benedicto, por la Divina providencia, Papa Decimoquarto, y de la misma Santa Sede Nuncio Apostolico en estos Reynos de España, con facultad de Legado à Latere, &c. A los Venerables en Christo Hermanos, Señores Arzobispos, y Obispos de las Ciudades, Arzobispados, y Obispados de estos Reynos, y Señoríos de su Magestad, sus discretos Provisores, Oficiales, y Vicarios Generales, y à los Reverendos Abades, Priores, Deanes, Arcedianos, Chantres, Thesoreros, Maestre-Escuelas, Dignidades, Canonigos, Racioneros de las Santas Iglesias Cathedrales, Colegiales, y Magistrales de ellos, y à los Juezes Synodales, Referendarios, y Protonotarios Apostolicos, y à otra qualquiera persona constituìda en Dignidad Eclesiastica, y à cada uno *in solidum*, salud en nuestro Señor Jesu-Christo: Hacemos saber, que en el dia diez del presente mes, por el Venerando Baylìo Frey Don Fernando Antonio de Aguilera, de la Religion de San Juan, y su Ministro Recibidor de ella en esta Corte, se presentò ante Nos la Bulla de Confirmacion de su Santidad, con Peticion, què el tenor de una, y otra es como se sigue:

Prœmium.

Ordinis S. Joannis Jerosolymitani laudes recensentur.

BENEDICTUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Inter illustria Religiosæ Professionis Instituta, quorum concordi varietate circumdata nitet Ecclesia Christi, decet Nos Hospitalem Militiam Sancti Joannis Jerosolymitani specialis benevolentiæ affectu complecti; quæ in charitate fundata, virtute roborata, sub Omnipotentis Dei protectione, adjuvantibus Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, ac Religiosissimis Principibus, cunctisque Populis Christianis omni ope adnitentibus, ad summum splendoris, & gloriæ fastigium pervenit; dum generosi illius Fratres, ac Milites, animo ad pietatis officia demisso, ad belli



munera invicto, Christifidelibus humile hospitalitatis ministerium, ac strenuum defensionis præsidium pari studio præstantes, novo & inaudito exemplo, miram declarant vim Religionis Christianæ, quæ pietatem armis sociat, bellum cum charitate conjungit, ac viros exhibet castra sequentes, Evangelicæ perfectionis disciplinam, pro militari Sacramento, solemni ritu profitentes. Horum operam universæ Christianorum Reipublicæ, & Apostolicæ Sedi apprimè utilem cum sæpe iidem Prædecessores Nostri agnoverunt, tum etiam Nos ipsi non unâ in re experti sumus, adjectis insuper ex parte Dilectorum Filiorum ejusdem Militiæ Magni Magistri, & Conventûs, perspicuis in Nos obsequii, & observantiæ argumentis, ac recurrentibus mutuis erga illos amoris Nostri officiis, & significationibus.

Preces dicti Ordinis pro generali confirmatione Privilegiorum, & Jurium ei competentium.

Cum autem ipsi de perpetua firmitate Privilegiorum, & Indultorum jam pridem ab hac eadem Apostolica Sede, ac etiam recenter à Nobis ipsis, eidem Militiæ concessorum, tám pro eorum Ordinis dignitate, & utilitate, quàm pro felici, & libero injunctorum sibi munerum exercitio, in commune Christianæ Rei bonum meritò solliciti, plurimúm optaverint, eadem per Nos recognita, & recensita, novo confirmationis Nostræ munimine roborari, ac sicubi opus fuerit, declarari, & ampliari;


Pont. præmisso omnium examine votis dicti Ordinis annuit.

Nos eorumdem supplicationibus inclinati, plerasque Prædecessorum Nostrorum Litteras, & Concessiones favore Hospitalis ejusdem Sancti Joannis Jerosolymitani, atque illius Militię, & Personarum, diversis temporibus emanatas, Nobis repræsentari jussimus; ac, diligenti præmisso examine, easdem partim in genere, partim distinctè, & expressè, sub ea forma, quam præsenti temporum conditioni, & ejusdem Ordinis, ac Militię statui, magis aptam judicavimus, confirmare, innovare, seu respectivè declarare, & ampliare, ac etiam ex integro, ut infra, statuere, & indulgere decrevimus.

Itaque de Apostolicæ auctoritatis plenitudine, & ex nostra certa scientia, eosdem Dilectos Filios prædictæ Hospitalis Militiæ Magnum Magistrum, nec non Bajulivos, Priores, Castellanum Empostæ, Præceptores, Mili-

lites, Fratres, Cappellanos, Donatos, & Servitores, omnesque & singulas dicti Hospitalis, & Militiæ personas, á quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, á jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantùm consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes; nec non omnium Litterarum, Concessionum, atque Declarationum per quoscumque Romanos Pontifices Predecessores nostros, & Sedem Apostolicam, seu aliâ quacumque auctoritate, favore ejusdem Hospitalis, ac Militiæ, eorumque Magni Magistri, & Conventus, ac personarum hujusmodi, nec non locorum, bonorum, ac rerum, sub quacumque forma editarum, tenores & datas præsentibus pro sufficienter expressis, ac etiam insertis habentes; Omnia, & singula Privilegia, Immunitates, Exemptiones, Prærogativas, & alias quascumque gratias, concessiones, facultates, libertates, favores, & indulta, terram, mareque concernentia, eidem Hospitali, & illius Militiæ, Prioratibus, Castellaniæ Empostæ, Bajuliviis, Præceptoriis, Domibus, Hospitalibus, Administrationibus, Officiis, Ecclesiis, Cappellis, Oratoriis, Locis, & Membris quibuslibet, ac pro tempore existentibus Magno Magistro, & Conventui, dictæque Militiæ Fratribus Militibus Professis, atque Novitiis, nec non Priori Ecclesiæ, Cappellanis, Donatis, Servitoribus, Vassallis, atque Colonis, ac dictos Prioratus, Castellaniam, Bajulivias, Præceptorias, Domos, Administrationes, Officia, Ecclesias, Cappellas, & Membra prefata obtinentibus, per eosdem Prædecessores nostros Romanos Pontifices, ac dictam Sedem, seu per Nos ipsos, usque in præsentem diem, in genere, vel in specie concessa, & elargita, seu per eosdem á pro tempore existentibus Imperatore, Regibus, & Principibus, aliisque Christifidelibus obtenta, quatenus sint in usu, nec sint expresè revocata, aut Concilii Tridentini Decretis, & dictæ Sedis Apostolicæ Constitutionibus, nec non aliis Ordinationibus, in quibus de eadem Militia Hospitali

Confirmatio generalis omnium Privilegiorum &c.



expressa mentio fiat, seu præsentium Litterarum nostrarum tenori, adversantia:

Item Indulgentiarum.

Indulgentias quoque, & peccatorum remissiones, aliasque spirituales gratias, hactenus eis per dictos Prædecessores nostros, seu per Nos ipsis concessas; præsertim Plenariam semel in vita, & in mortis articulo, pro eis, eorumque Servitoribus, & Ministris, contra Infideles, & Christianæ Reipublicæ hostes pugnantibus, à fel. rec. Prædecessore nostro Sixto Papa IV., aliasque Indulgentias pro visitantibus Domos, Ecclesias, seu Cappellas ipsius Hospitalis, ab eadem Sede Apostolica diversis temporibus elargitas, servatis tamen earumdem concessionum temporibus, conditionibus, & formis, ac dummodò non sint revocatæ, seu sub aliqua generali revocatione comprehensæ:

Ac Bonorum, & rerum ad dictum Ordinem pertinentium: Ac etiam Jurisdictionum.

Præterea fundos, agros, possessiones, dominia, prædia, jura, decimas, fructus, redditus, proventus, aliaque mobilia, & immobilia bona, sive in terra, sive in mari existentia, & ad Hospitale, Prioratus, Castellaniam, Bajulivias, Præceptorias, aliaque membra hujusmodi in genere, vel in specie spectantia; Jurisdictiones quoque, etiam spiritualem Ordinariam, & quasi Episcopalem in Clerum, & Populum, si quibus in Terris, Locis, atque Districtibus eadem ipsis competere dignoscitur:

Stabilimentorum quoque Ordinis, tàm ante annum 1558. quàm post dictum annum usque ad præsens editorum.

Insuper omnia, & singula laudabilia stabilimenta, ordinationes, & decreta, in Capitulis Generalibus ejusdem Militiæ, tàm ante annum Domini M.DLVIII., quàm post dictum annum usque in præsens celebratis, condita, & edita; quæ scilicét in usu esse dignoscuntur, ac in iis tantùm partibus, in quibus prædicti Concilii Tridentini, ejusdemque Sedis Constitutionibus, & Ordinationibus, & præsentium Litterarum tenori, contraria non sint, illorum omnium tenores præsentibus pariter pro expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes; nec non sententias, censuras, & pœnas in ipsis adversus contrafacientes indictas, earumdem præsentium serie approbamus, laudamus, ratificamus, confirmamus, ac etiam de novo concedimus, ac respectivè statuimus, omnesque, & singulos defectus, si qui forté in eis intervenerint, dictæ auctoritatis nostræ plenitudine supplentes, prædicta omnia, & sin-

ſingula valida, & efficacia exiſtere, & foré, perpetuamque roboris firmitatem obtinere, ſuoſque debitos effectus ſortiri, ac pro tempore exiſtentibus Magno Magiſtro, Bajulivis, Prioribus, Caſtellano, Præceptoribus, Commendatariis, Militibus, Priori, Cappellanis, Donatis, Servitoribus, Vaſſallis, atque Colonis prædictis pleniſsimé ſuffragari, eoſdemque illis liberè perpetuò uti poſſe; ac omnia, & ſingula Privilegia, & Indulta hujuſmodi ab univerſis Chriſtifidelibus, tám Clericalis Ordinis, quám temporalis poteſtatis Sæcularibus, ac etiam aliis cujuſcumque Ordinis, & Inſtituti, perſonis Regularibus, prædicta verò ſtabilimenta, ordinationes, & decreta, ab omnibus, & ſingulis dictæ Militiæ Fratribus, quacumque dignitate ac præheminentia fulgentibus, Militibus, Cappellanis, Donatis, Servitoribus, aliiſque perſonis ipſius Hoſpitalis ſubditis, ſub ſententiis, cænſuris, & pœnis in iis contentis, perpetuò inviolabiliter obſervari, & ſecundum eadem ſtabilimenta, & decreta, in cauſis ipſius Militiæ, & Perſonarum ei adſcriptarum, & ſubjectarum, omnino judicari, & cenſeri debere, volumus, mandamus, & reſpectivè decernimus.

Nova ſuſceptio Ordinis, & illius Perſonarum, ac rerum, ſub immediata Apoſtolicæ Sedis protectione.

Ipſumque Hoſpitale, ac illius Prioratus, Caſtellaniam Empoſtæ, Bajulivias, Præceptorias, Domos, Hoſpitalia, Eccleſias, Cappellas, Oratoria, ac Loca, & Membra quæcumque, nec non Magiſtrum, Bajulivos, Priores, Caſtellanum Empoſtæ, Præceptores, Milites, Cappellanos, Donatos, & Servitores, nunc & pro tempore exiſtentes, etiam Sæculares Clericos, & Presbyteros, juxta præſcriptum dicti Concilii Tridentini, eorum Eccleſiis, Cappellis, & Oratoriis quoquomodo deſervientes, quamdiu in eorum obſequiis erunt; &, in ipſorum Domibus reſidentes, ſub eorumdem obedientia vivent; ac illorum res, animalia, prædia, domos, & bona quæcumque, quæ obtinent, & poſsident, ac in futurum canonicè obtinebunt, ac poſsidebunt, ſub Beati Petri, & dictæ Sedis, ac noſtra immediata protectione confirmamus, ac de novo ſuſcipimus; nec non ab omni juriſdictione, correctione, onere, ſtatutis, bannis, dominio, ſuperioritate, & poteſtate

Exemptio Ordinis à cujuſvis juriſdictione.



quorumcumque Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Prælatorum, præterquam in caſibus in Apoſtolicis Conſtitutionibus, & dicti Concilii Tridentini Decretis litteraliter expreſsis, aut in ſpecie declaratis, nec non quorumcumque temporalium Dominorum quavis poteſtate, etiam Imperiali, Regali, & Ducali fulgentium, ac Univerſitatum, & illarum Regentium, aliorumque, præterquam dicti Hoſpitalis Superiorum Ordinariorum, tàm ſpiritualium, quám temporalium, ubicumque, tám citra, quàm ultra Montes, & Mare conſtitutorum, cujuſcumque Dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtant, illorumque Vicariorum, & Officialium, Locatenentium, & Judicum nunc, & pro tempore exiſtentium quorumlibet, eximimus, & liberamus.

Inhibitio ſpecialis contra quoſcumque exemptionem hujuſmodi perturbantes.

Itaut Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Prælati, Ordinarii, Vicarii, Officiales, Locatenentes, & Judices præfati, nullam in eos, vel ea, juriſdictionem, correctionem, viſitationem, ſuperioritatem, dominium, ſeu poteſtatem, præterquam in his, quæ ad animarum curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent, aliiſque in caſibus per dictum Concilium, ſeu per Apoſtolicas Conſtitutiones, aliaſque Ordinationes præfatas expreſsis, & declaratis, exercere, aut excommunicationis, aliaſve ſententias, cenſuras, & pœnas promulgare, etiamſi forſan hactenus per abuſum, ſeu alterius Privilegium, aut negligentiam, etiam per longum tempus, taliter obſervatum non fuiſſet, ſeu dicti Hoſpitalis, ejuſque membrorum Eccleſiæ non Parochiales, in quibus Sacramenta Fidelibus non adminiſtrantur, pluries fuiſſent à Prædeceſſoribus Epiſcopis viſitatæ, nullatenus poſsint, aut valeant: Ipſique Magiſter, & Conventus, nec non Prior Eccleſiæ, aliique Priores, Bajulivi, & Præceptores, intra limites ſuarum juriſdictionum, & adminiſtrationum, etiamſi nulla forſan in Clerum, & Populum juriſdictione ibidem potiantur, quoad perſonas tamen eiſdem verè ſubditas, & ſub eorumdem obedientia in ipſorum Domibus viventes, Ordinarii Superiores, ſeu Prælati, juxta formam Privilegiorum, & ſtabilimentorum prædictorum, exiſtant, &

eſſe

esse censeantur; neque alii quicumque, cujusvis Ecclesiasticæ, vel mundanæ dignitatis, aut præheminentiæ, status, vel conditionis existant, sub excommunicationis latæ Sententiæ pœnâ per contrafacientes eò ipso incurrendâ, eos in judicio, vel extra, super præmissæ exemptionis usu, seu possessione, vel quasi, quacumque etiam longi temporis contraria præscriptione nihil obstante; neque demùm aliqui Magistratus, Rectores, Guvernatores, Presidentes, Vice-Legati, ac etiam S. R. E. Cardinales de Latere Legati, per Loca, Civitates, atque Provincias Ditionis nostræ Ecclesiasticæ constituti, eosdem Fratres Milites super delatione armorum quorumcumque, pro sui defensione, & Hostium Sedis Apostolicæ offensione, in quibuscumque locis nobis, & eidem Apostolicæ Sedi mediaté, vel immediaté subjectis, ad formam tamen providæ Constitutionis per fel. rec. Prædecessorem nostrum Alexandrum VIII. Anno Incarnationis Dominicæ M.DCXC. Idibus Augusti editæ, quæ incipit = *Et si cuncta* = nullo unquam tempore, directè vel indirecté molestare, impedire, vexare, aut aliás quomodolibet impetere præsumant, debeant, seu possint, & valeant.

Privilegium deferendi Arma.

Utque etiam in posterum quibusvis Christifidelibus in quibuscumque Civitatibus, Locis, & Diœcesibus, liceat Preceptorias, Domos, & Hospitalia, sub dependentia, & subjectione dicti Hospitalis, per illius Fratres obtinenda, quæ eisdem exemptionibus, privilegiis, libertatibus, prærogativis, immunitatibus, indulgentiis, concessionibus, & indultis, quibus aliæ dicti Hospitalis Præceptoriæ, Domus, & Hospitalia utuntur, potiuntur, & gaudent, uti, potiri, & gaudere debeant, assignata illis congrua dote, Ordinariorum Locorum, & quorumvis aliorum licentia minimè requisita, & nulla præterea iisdem Ordinariis jurisdictione in illis, aut oneris imponendi facultate reservata, fundare, erigere, & construi facere, dictique Magister, & Conventus, hujusmodi fundationes, & erectiones, alterius cujusvis licentia, aut consensu minimè requisitis, approbare, & acceptare possint, & valeant, plenam, & liberam iisdem facultatem, & auctoritatem concedimus, & impertimur.

Facultas erigendi novas Domos, & Præceptorias Ordinis, aliaque Loca cum iisdem prærogativis.

Pres-



Demandatur institutio Presbyterorum, qui per Commendatarios Ordinis ad Beneficia erunt nominati, sine ulla exactione, &c.

Presbyteri verò tàm Sæculares, quàm ejusdem Hospitalis Militiæ Cappellani, & in ea expressé Professi, qui per Priores, Castellanum, Bajulivos, Præceptores, aliosque Milites Commendatarios, juxta eorum facultates inferius declarandas, ad deserviendum Parochialibus, & aliis Ecclesiis, Cappellis, & Oratoriis Hospitalis hujusmodi, ac membrorum ejus, tàm nunc existentium, quàm in posterum erigendorum, pro tempore deputabuntur, per Locorum Ordinarios, ad nominationem, seu præsentationem dictorum Priorum, Castellani, Bajulivorum, Præceptorum, aliorumque Commendatariorum, præmisso dumtaxat examine quoad idoneitatem ad ea, quæ pertinent ad animarum curam, & Sacramentorum administrationem, ad formam Decretorum Concilii Tridentini, & Constitutionum Apostolicarum per Prædecessores nostros Romanos Pontifices, ac per Nos ipsos desuper editarum, absque aliqua exactione, & oneris impositione, institui, ac recipi; & admitti volumus, & mandamus.

Facultas Fratribus Cappellanis professis suscipiendi Ordines extra tempora ordinationum.

Ac insuper eisdem Fratribus Cappellanis in eadem Militia expressè Professis, ut omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines à quocumque maluerint Catholico Antistite gratiam, & communionem Sedis Apostolicæ habente, & in propria Diœcesi residente, vel in aliena de Diœcesani Loci consensu Pontificalia exercente, etiam extra tempora á jure statuta, annique curriculo minimé expectato, & tribus diebus Festivis, aliquo temporis spatio, arbitrio dicti Antistitis definiendo, interpolatis, servato tamen fel. rec. Clementis VIII. Prædecessoris nostri Decreto die xv. Martii anni M.DXCVI. edito, nostraque super his edita Constitutione, quæ incipit = *Impositi Nobis* = data Anno Incarnationis Dominicæ M.DCCXLVI. tertio Kalendas Martii, Pontificatus nostri Anno VII. aliisque de jure servandis, recipere possint, & valeant, earumdem præsentium serie concedimus, & indulgemus.

Exemptio generalis bonorum Ordinis à quibusvis Decimis, & impositionibus Ecclesiasticis.

Præterea nullus omninò ex prædicti Hospitalis Fratribus, Militibus, seu Cappellanis, aliisve personis ipsius Hospitalis, Subditis in Prioratibus, Castellania Empostæ, Bajuliviis, Præceptoriis, Domibus, Membris, Beneficiis,

Præ-

Prædiis, ſive Granciis quomodocumque à dicto Hoſpitali dependentibus, ubicumque, & infra limites juriſdictionis quorumcumque Patriarcharum, Epiſcoporum, aliorumque Ordinariorum Præſulum, ſive Univerſitatum, Hoſpitalium, aut Rectorum Eccleſiarum conſtitutis, quaſcumque Decimas, taxas, & Jura etiam Synodalia, ſeu Canonicas portiones, aut quartas nuncupatas, procurationes, ſubſidia etiam charitativa, ſeu alias quaſcumque collectas, & contributiones, etiam ratione jucundi adventus nuncupati, aliudve onus perſonale, ſeu mixtum, ab Ordinariis ubicumque, & ex quacumque cauſa impoſitum, vel imponendum, tàm ex antiquis eorum culturis, quàm recenter cultis novalibus, aliiſque terris, fundis, poſſeſsionibus, & animalibus, etiamſi terræ, & poſſeſsiones hujuſmodi ad quantumcumque longum tempus, non tamen in perpetuum feudum, aut emphyteuſim conceſſæ fuerint; ſive ex propriis patrimonialibus bonis eorumdem Magni Magiſtri, Priorum, Caſtellani Empoſtæ, Bajulivorum, Præceptorum, aliorumque Fratrum Militum, & Cappellanorum, tàm acquiſitis, quàm impoſterum acquirendis; aut ad eos quovis modo, etiam ex conceſsione Apoſtolicæ, vel Magiſtrali pertinentibus, alicui quovis modo ſolvere teneantur: A quibus omnibus exactionibus, collectis, contributionibus, oneribus, & impoſitionibus quomodocumque nuncupatis, omnia, & ſingula dicti Hoſpitalis loca, ac bona, ut præfertur, nec non Eccleſiarum ab ipſo Hoſpitali quomodolibet dependentium fabricas, ſemper & perpetuó, prædictorum autem patrimonialia bona, á die emiſſæ per ſupradictorum ſingulos Profeſsionis, libera, immunia, & exempta ſicut per Prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices fuiſſe, ita modò eſſe, & in poſterum fore declaramus, & volumus.

Item ab oneribus Laicalibus.

Eademque ipſius Militiæ Hoſpitalis loca, prædia, poſſeſsiones, & bona, ubicumque, etiam ſub noſtra, & Apoſtolicæ Sedis, ſive aliorum quorumcumque Supremorum Principum, Rerumpublicarum, & Univerſitatum Ditione, & juriſdictione conſiſtentia, ab omnibus, & ſingulis oneribus, impoſitionibus, & gravaminibus ordi-

 na-

nariis, & extraordinariis, tàm Fiſcalibus, ſeu Camerali-bus, quàm etiam Communitativis, ſeu pro Communitatum, & Univerſitatum Laicalium ordinariis, aut extraordinariis uſibus, & indigentiis hactenus impoſitis, & imponendis, niſi forſan Auctoritate Apoſtolica cum eorumdem bonorum Hoſpitalis prædicti expreſſa comprehenſione, impoſita fuerint, aut imponantur in poſterum, ſeu eadem bona illorum ſolutioni, & ſupportationi ſubjecta eſſe, aut fore, etiam expreſsè per dictam Sedem declaratùm fuerit; prædictorum autem Magni Magiſtri, aliorumque Militum Profeſſorum patrimonialia bona, donec in eorumdem peculiari cenſu exiſtent, nec in commune dominium, & proprietatem Hoſpitalis prędicti re ipſa tranſlata fuerint, à Communitativis dumtaxat oneribus, & collectis, quæ ſcilicet pro earumdem Communitatum, & Univerſitatum Laicalium uſibus, & indigentiis primitus impoſita, nequaquam deinde Fiſci, & Cameræ juribus applicata fuerint, plenariè ſimiliter exempta, libera, & immunia eſſe, & fore, ſtatuimus, atque decernimus.

Et bonorum patrimonialium Militum profeſſorum ab oneribus Communitativis Cameræ non applicatis.

Revocatio ampliſsima quorumvis Indultorum exemptionis à ſubjectione Magni Magiſtri, & Superiorum Ordinis.

Et quoniam præmiſſæ exemptiones non alia de cauſa à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Hoſpitali prædicto, ejuſque perſonis, ac rebus conceſſæ, ac pluries confirmatę, & à Nobis ipſis, ut præfertur, innovatæ fuerunt, quàm ut ejuſdem Militiæ ſtatus, & ordo ſub ipſius Magni Magiſtri, ac Prælatorum regimine, in publicum Chriſtianę Reipublicæ bonum felicitér procedat, ſimulque illius bona, ad communes impenſas pro Fidei defenſione, & Religionis præſidio ſuſtinendas ſufficiant; ideo Nos eorumdem Prædeceſſorum veſtigiis inhærentes, omnes & ſingulas exemptiones Priorum, Bajulivorum, aliorumque Fratrum Militum, ſeu Cappellanorum, aliarumque perſonarum dicti Hoſpitalis ſubditarum, ubicumque, tàm citra, quàm ultra montes, & mare, nunc & pro tempore conſtitutorum, & commorantium, à ſuperioritate, juriſdictione, obedientia, & correctione Magni Magiſtri, & Conventus prædictorum, ac aliorum Prælatorum ipſius Hoſpitalis, etiam cum eorum receptione in protectionem dictæ Sedis, ita ut illi ſolummodó ſint ſubjecti;

jecti; quodque Magno Magiſtro, & Conventui, & Prælatis præfatis parere, & ad Hoſpitali prædictum accedere non teneantur; quacumque ratione vel causâ, etiam obſequiorum per eos Fidei, ac Sedi, & Hoſpitali prædictis impenſorum, aut alia conſideratione, etiam cum quibuſvis clauſulis, & derogatoriarum derogatoriis, hactenus forſan conceſſas; quarum quidem exemptionum Indulta, utpote in Regularis diſciplinæ, & ſtatus prædictæ Militiæ everſionem, ac etiam forte in damnum, & detrimentum totius Chriſtianæ Reipublicæ tendentia, nunquam in poſterum à ſucceſſoribus noſtris concedenda fore pro certo confidimus; prædicta auctoritatis plenitudine, & earumdem præſentium ſerie revocamus, caſſamus, abolemus, & annullamus, ac pro infectis, & nullis haberi volumus; atque illis, quibus conceſſa fuerint, minimè ſuffragari, quominùs iiſdem non obſtantibus, prædicto Magno Magiſtro, ac Conventui, & Prælatis præfatis quandocumque liceat plenariam, & omnimodam in eos juriſdictionem, & ſuperioritatem, in ſtabilimentis Ordinis eiſdem attributam, exercere; ſeu quominús omnes, & ſinguli prædicti iiſdem Magno Magiſtro, Conventui, & Prælatis, tàm perſonaliter, quàm realiter, omni exceptione ceſſante, perinde ac ſi Indulta exemptionum hujuſmodi numquam conceſſa fuiſſent, firmiter parere, & obedire teneantur; Iiſdemque Magno Magiſtro, Conventui, ac Prælatis prædictis contra Rebelles, ac etiam ſub hujuſmodi Indultorum obtentu, mandatis ſuis non obedientes, ſervatis conſuetis terminis ad docendum ſe paruiſſe, & ſatisfeciſſe in loco Conventus Hoſpitalis hujuſmodi, aliiſque de jure, & juxta ſtabilimenta prædicta ſervandis, ad mulctas, & pœnas in eiſdem ſtabilimentis præſcriptas procedendi, eaſdemque re ipſa exequendi, plenam & liberam facultatem, & auctoritatem tribuimus, & impertimur.

Facultas extrahendi ſubditos delinquentes è Locis immunibus.

Pro quorum omnium, aliorumque ſub temporali eorumdem Magni Magiſtri, & Conventus juriſdictione in Inſulis Melitę, & Gauli exiſtentium debita coërcitione, & expedito juſtitiæ curſu, Nos earumdem pręſentium Litterarum tenore, & auctoritate prædictâ, Apoſtolicas

Conſ-



Conſtitutiones tam Prædeceſſorum noſtrorum Benedicti Papæ XIII. quæ incipit = *Ex quo Divina* = datam Anno Incarnationis Dominicæ M.DCCXXV. ſexto Idus Junii, & Clementis Papæ XII. cujus initium eſt = *In ſupremo juſtitiæ folio* = datam ejuſdem Dominicæ Incarnationis Anno M.DCCXXXIV. Kalendis Januarii, pro eo quod pertinet ad immunitatem localem, & perſonalem; quàm etiam noſtram Anno ſimiliter Incarnationis Dominicæ M.DCCXLIX. Idibus Martii, Pontificatus noſtri Anno X. editam, quæ incipit = *Officii noſtri ratio* = cum omnibus Decretis, Clauſulis, & Derogationibus in eis contentis, quatenùs opus ſit, ad ipſam Hoſpitalem Militiam, ejuſque Perſonas ubique conſtitutas, nec non ad dictas Inſulas Melitæ, & Gauli, expreſſé extendimus, & ampliamus.

Extenſio Conſtitutionis ſuper Duellorum abuſu ad Milites ejuſdem Ordinis.

Ac inſuper ejuſdem Militiæ laudabilia ſtatuta adverſus Duellorum abuſum edita magnopere comprobantes, noviſsimam quoque Conſtitutionem noſtram, quæ incipit = *Deteſtabilem* = datam quarto Idus Novembris proximé elapſi, ipſius quoque Fratres Milites, & Subditos quoſcumque arctare, & afficere ſtatuimus, & declaramus.

Jura, & proventus communis Ærarii aſſeruntur.

Ad aſſerenda verò communis Ærarii, Theſauri nuncupati, Hoſpitalis prædicti jura, quum aliás ejuſdem Militiæ ſtabilimentis, & uſibus, ſeu Privilegiis, Indultis, & Litteris Apoſtolicis eidem Hoſpitali, ejuſque Magno Magiſtro, & Conventui conceſsis, expreſsé cautum fuerit, quod proviſi, ac proviſiones, commendas, ſeu alias diſpoſitiones de Præceptoriis, aliiſque Beneficiis dicti Hoſpitalis ſibi pro tempore factas proſequentes, certa jura vacantia, ſeu mortuaria, aut aliàs nuncupata, forſan duplicata, communi Ærario hujuſmodi perſolvere, ac quædam alia ibidem expreſſa onera ſubire tenerentur, quodque de redditibus, fructibus, & proventibus hujuſmodi Præceptoriarum, primo, & ſecundo, & forſan aliis annis provenientibus diſponere, ſeu illos percipere minimé poſſent, ſed illi dicto Ærario, ac aliàs in uſum, & utilitatem Hoſpitalis, ac illius Militum, ſeu Menſę applicari,

pro

pro illius necessitatibus sublevandis, ac tuitione Fidei adversus Christianæ Reipublicæ Hostes, aliisque oneribus Hospitali prędicto incumbentibus, impendi deberent; ac insuper Prioratus, Castellaniam Empostæ, Bajulivias, Præceptorias, & alia illius Beneficia quæcumque, pro tempore qualitercumque obtinentes, certas responsiones, ac ordinarias, & extraordinarias impositiones eidem communi Ærario annis singulis solvere tenerentur; ipsisque Prioratibus, Castellaniâ, Bajuliviis, Præceptoriis, aliisque Beneficiis hujusmodi, per obitum seu aliàs quomodocumque vacantibus, illorum fructus, redditus, & proventus, prout in uno, vel altero anni tempore vacaverint, usque ad certam respective diem eidem Ærario cederent; volumus in posterum nullas omninó exemptiones ab hujusmodi solutionibus cuilibet indulgeri, & quatenus concedantur, ex nunc decernimus, & declaramus, easdem nullius roboris, & momenti fore, & censeri debere, sed, non obstantibus futuris forsan Indultis, & gratiis hujusmodi, etiam quibusvis clausulis, & derogationibus muniendis, omnes, & singulos Prioratus, Bajulivias, Castellaniam, Præceptorias, & alia Beneficia hujusmodi, seu illorum membra, & ab illis dependentia obtinentes, & in illis regressus, accessus, coadjutorias, & alias gratias, quavis etiam Apostolica auctoritate concessas habentes, seu illorum fructus, & proventus, aut alia jura loco pensionis annuæ, vel pensiones ipsas super eorumdem fructibus, redditibus, & proventibus forsan impositas, & imponendas percipientes, cujuscumque status, gradus, ordinis, & conditionis existant, ac etiamsi Cardinalatus honore præfulgeant, pro rata fructuum, & pensionum earumdem, de omnibus & singulis annatis, vacantibus, mortuariis, & aliis quibuscumque juribus per eos dicto communi Ærario quomodolibet debitis, satisfacere debere; nec etiam vigore Indultorum, gratiarum, & derogationum hujusmodi, à solutione & præstatione fructuum, censuum, passagiorum, annatarum, vacantium, & mortuariorum, aut aliorum quorumcumque jurium, seu responsionum, aut ordinariarum vel extraordinariarum

impoſitionum, dictorum ſtabilimentorum, & privilegiorum vigore debitorum, in toto vel in parte ſe eximere, vel liberare, aut aliás communi Ærario Hoſpitalis hujuſmodi, ſeu illius juribus in aliquo præjudicare poſſe, ſeu præjudicatum cenſeri; ſed omnes, & ſingulos prædictos de cætero, etiam hujuſmodi gratias, & derogationes pro tempore habentes, ad exhibitionem, & relaxationem fructuum, ac penſionum hujuſmodi eidem communi Ærario faciendam, teneri, & adſtrictos fore; & ad id etiam per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, cogi & compelli poſſe.

Revocatio alienationum Bonorum Ordinis abſque conſenſu M. Magiſtri faciendar.

Bonorum autem, & jurium ejuſdem Hoſpitalis perpetuæ conſervationi tutiús conſulere volentes, quaſcumque donationes, conceſſiones, locationes, ultra tempus in præfatis ejuſdem Militiæ ſtabilimentis permiſſum, inveſtituras, & alias alienationes bonorum immobilium, ſeu cenſuum, reddituum, jurium, & juriſdictionum ad Prioratus, Caſtellaniam Empoſtæ, Bajulivias, Domos, Hoſpitalia, Beneficia, & loca Hoſpitalis hujuſmodi pertinentium, in illorum læſionem, jacturam, vel detrimentum, & aliàs ſine conſenſu, & expreſſa licentia Magni Magiſtri, & Conventus prædictorum, etiam per perſonas dictæ Religionis faciendas, etiam cum renunciationibus, pactis, juramentis, & pœnis deſuper impoſitis, & adjectis; ac inſtrumentis, & litteris deſuper confectis, quacumque etiam longi temporis præſcriptione, ſeu pacifica poſſeſſione, & detentione non obſtantibus, ipſo jure nullas, nulliuſque roboris vel momenti exiſtere, & fore, decernimus, & ſtatuimus; ac cenſus, redditus, jura, juriſdictiones, & bona alienata hujuſmodi, ſeu per quoſcumque etiam Sæculares occupata, uſurpata, & detenta, ad jus, & proprietatem dicti Hoſpitalis, ſeu illius Prioratuum, Bajuliviarum, Præceptoriarum, aliorumque Beneficiorum, ac membrorum reducimus; illudque, & illa adverſus alienationes, inveſtituras, occupationes, & detentiones hujuſmodi, in integrum, ac in priſtinum, & eum ſtatum, in quo antea erant, reſtituimus, reponimus, & plenarié reintegramus, illarumque detentores, cujuſ-

vis

vis Dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentes, ad illorum restitutionem, dimissionem, & relaxationem, per censuras Ecclesiasticas, & alia juris remedia, cogi, & compelli posse volumus. Similes verò alienationes de cætero, sine licentia, & beneplacito dictæ Sedis, nunquam absque evidentis ipsius Hospitalis utilitatis cognitione, & expresso Magni Magistri, & Conventus prædictorum consensu concedendas, sub excommunicationis latæ sententiæ, & privationis Beneficiorum per eos obtentorum pœnis, per contrafacientes eo ipso absque aliqua declaratione incurrendis, ac nullitatis omnium aliter gestorum, fieri districtè prohibemus.

Prohibitio novarum alienationum absque dicto consensu.

Jam verò liberam quorumcumque Officiorum, & Beneficiorum Regularium ipsius Militiæ, nec non redditutuum, & emolumentorum eisdem adnexorum dispositionem, atque dispensationem pro meritis, & justitia faciendam, eisdem Magno Magistro, & Conventui, seu aliis ad quos, juxta statuta, consuetudines, & privilegia Militiæ hujusmodi, pertinere dignoscitur, asserere etiam, & confirmare volentes; perpensis illis, quæ olim fel. rec. Innocentius Papa VIII. Prædecessor quoque noster eidem indulsit; simili auctoritate, ac præsentium tenore, Prioratus, Castellaniam Empostæ, Bajulivias, Præceptorias, Cameras, cæteraque quomodolibet nuncupata ejusdem Militiæ Hospitalis Officia, Beneficia, & Membra Regularia quæcumque, nunquam de cætero perpetuis futuris temporibus, sub quibusvis generalibus, vel specialibus reservationibus Apostolicis, etiam per Regulas Cancellariæ Apostolicæ factis, & quas pro tempore fieri contingat, de Beneficiis Ecclesiasticis etiam apud Sedem prædictam pro tempore vacantibus, nec sub quibusvis Litteris dictæ Sedis, aut Legatorum ejus, utpotè verè Regularia, & non collativa, ac etiam ad Hospitalitatem, & Fidei tuitionem ordinata, ullatenùs includi, seu inclusa, & comprehensa censeri, nec reservata vel affecta existere, aut hujusmodi reservationum, seu Regularum, aut Litterarum vigore, per quempiam acceptari, seu alicui de illis provideri posse, decernimus, & declaramus; sed quoties per ea obtinen-

Exemptio Commendarum, & officiarum Ordinis, tamquam non collativorum, à quibusvis reservationibus, & affectionibus Apostolicis.

tium

tium cessum vel decessum, seu etiam per resignationem in manibus nostris, & successorum nostrorum Romanorum Pontificum factam, Commendæ, vel deputationes ipsæ pro tempore qualitercumque cessaverint, seu vacare dicantur, tàm in Romana Curia, quám extra eam; toties per pro tempore existentem Magnum Magistrum, & Conventum prædictos, seu per alios ejusdem Ordinis ad id facultatem habentes, & non alium, seu alios, juxta stabilimenta prædicta, ejusdemque Hospitalis consuetudines, usus, & naturas, & illi concessa Privilegia, & Indulta, Fratribus dicti Ordinis, in administrationem, & Commendam, ut moris est, itaut nunquam Beneficiorum collativorum naturam assumere, nec ab ea obtinentibus in titulum perpetui Beneficii Ecclesiastici retineri, aut, ipsis cedentibus, vel decedentibus, ex eorumdem personis vacare censeantur, de ipsis disponi, & provideri volumus, concedimus, & respectivé statuimus: Necnon reservationes, ac provisiones, collationes, commendas, deputationes, uniones, & quascumque alias similes, vel dissimiles dispositiones, quacumque ratione vel causa, etiam motu, & scientia similibus, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam per Nos, aut successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, seu per dictæ Sedis Legatos, Auctoritate Apostolica, aut alia quacumque, & quandocumque faciendas, nullius penitus roboris, & momenti existere, & haberi prorsus pro infectis; quasque per alios, quám per dictos Magnum Magistrum, & Conventum, aliosque ipsius Ordinis, ut præfertur, ad id facultatem habentes, fieri contingat, illis, quibus sic fierent, nullum jus, nullumque coloratum titulum posidendi tribuere, & eos quoad omnes effectus, etiam nostræ, & Cancellariæ prædictæ Constitutionis, & Regulæ de triennali possessore non molestando, pro meris Detentoribus sine titulo haberi, & reputari. Nec non omnes, & singulas expectativas, ancianitates, mandata de providendo, seu Coadjutorum deputationes, etiam de consensu personarum eadem pro tempore obtinentium, regressus, accessus, aliasque præventivas gratias, facultates, & Litteras Apostolicas, super iis-

Revocatio gratiarum præventivarum, & Coadjutor. factarum, & faciend. absque consensu M. Magist. & Conv.

iisdem Prioratibus, Castellania Empostæ, Bajuliviis, Præceptoriis, Cameris, Commendis, & quibusvis aliis Beneficiis Regularibus dicti Hospitalis vacaturis, in favorem etiam Fratrum Militum dictæ Militiæ, cujuscumque gradus, & ordinis, ac Ecclesiasticæ, etiam Cardinalatus, seu mundanæ Dignitatis, & conditionis fuerint, quomodocumque, & qualitercumque, absque Magistri, & Conventus prædictorum consensu, etiam ex quibusvis justissimis, & urgentissimis causis, quantumvis onerosis, & quorumcumque meritorum, etiam erga Fidem, ac Sedem, & Militiam præfatas, seu damnorum passorum intuitu, & quorumcumque etiam Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, vel aliorum Principum, seu Universitatum Studiorum consideratione, aut pro sedandis litibus, etiam per Nos, & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore futuros, nostrosque, seu eorumdem successorum Legatos, concessas, & concessa, seu concedendas, & concedenda, etiam quascumque clausulas illarum ab hujusmodi revocationibus præservativas, in se continentes, & continentia; motu, scientia, & potestate similibus etiam perpetuò revocamus, cassamus, & annullamus, & nemini suffragari, nec illarum prætextu, etiamsi ex tunc, prout ex diebus vacationum eorumdem, factæ, seu facta comperiantur, aliquem ex Prioratibus, Castellania, Bajuliviis, Præceptoriis, Cameris, Commendis, aliisque Beneficiis Hospitalis hujusmodi acceptari, vel assequi, aut jus in re, vel ad rem, cuiquam acquiri potuisse seu posse; sed, illis non obstantibus, prædictos Magnum Magistrum, & Conventum, aliosque dicti Ordinis ad id facultatem habentes, ut præfertur, conjunctim seu divisim, juxta consuetudines, & stabilimenta ejusdem Hospitalis, de ipsis Prioratibus, Castellania, Bajuliviis, aliisque præmissis, liberé disponere potuisse & posse, ac sic judicari debere, & quidquid secus super his attentari contingat, irritum & inane decernimus.

Facultas M. Magist. & Conventus admittendi resignationes Commendarum, & Officiorum regularium Ordinis, & Pensiones reservandi.

Prædictis autem Magno Magistro, & Conventui dumtaxat, eorumdem Prioratuum, Castellaniæ, Bajuliviarum, aliorumque Regularium dicti Hospitalis Beneficiorum

rum hujusmodi resignationes admittendi, ac recipiendi, illaque resignantibus, denominationem, seu titulum, ac omnes eorum fructus, seu partem, aut super illis quascumque pensiones annuas, quæ etiam transeant ad successores in eis, etiam sub censuris, & pœnis Ecclesiasticis, etiam privationis, in talibus apponi solitis, ad vitam, vel ad tempus, reservandi, concedendi, constituendi, & assignandi, & quod altero decedente, superstes in Beneficii possessione succedat, indulgendi, seu regressum ad illud concedendi, liberam facultatem, & auctoritatem, earumdem præsentium tenore concedimus, & impertimur.

Probibitio ne super Commendis Ordinis Pensiones, præter quam in favorem Militum reserventur.

Decernentes nihilominus, super eorumdem Prioratuum, Castellaniæ, Bajuliviarum, aliorumque præmissorum fructibus, redditibus, & proventibus, nullas pensiones annuas, seu eorumdem fructuum, reddituum, & proventuum portiones, in quarumvis personarum Sæcularium, seu alterius Ordinis, præterquam dicti Hospitalis, & Militiæ Regularium, cujuscumque status, gradus, ordinis, nobilitatis, præheminentiæ, vel Ecclesiasticæ, aut mundanæ dignitatis, aut conditionis fuerint, etiamsi Cardinalatûs honore præfulgeant, favorem, commodum, & utilitatem, quâvis etiam Supremorum Principum, ut supra, vel aliorum consideratione, & intuitu, seu ex quacumque etiam onerosa, & meritorum causa, per ipsos Magnum Magistrum, & Conventum præfatos, seu per dictam Sedem, reservari, constitui, & asignari ullatenus posse; & si reservari, concedi, constitui, & asignari contigerit, reservationes, concessiones, constitutiones, & asignationes hujusmodi factas, & faciendas, pro nullis, & irritis haberi, nulliusque roboris, & momenti esse, & fore, nec ulli suffragari, aut jus easdem pensiones, seu fructus exigendi tribuere, nec quemquam earum vigore ad earumdem pensionum seu fructuum solutionem, & præstationem compelli posse.

Facultas deputandi Fratres Cappellanos in Ecclesiis dependentibus & annexis, & illos amovendi.


Cæterum Magnus Magister, & singuli Priores, Castellanus Empostæ, Bajulivi, Preceptores, Milites, & Fratres Hospitalis hujusmodi, tàm Parochiales, quàm etiam sine cura Ecclesias, vel earum Vicarias, aut Cappel-

pellas, vel Altaria, ſeu alia Beneficia ſimplicia, ad eorum collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem ratione Prioratuum, Caſtellaniæ, Bajuliviarum, Præceptoriarum, etiam Camerarum Magiſtralium nuncupatarum, Hoſpitalium, Domorum, & aliorum Beneficiorum dicti Hoſpitalis per eos pro tempore obtentorum, de jure, ſtatuto, conſuetudine, fundatione, aut privilegio, vel aliàs quomodolibet ſpectantia, & pertinentia, & ab ipſis Prioratibus, Caſtellania, Bajuliviis, Præceptoriis, Domibus, Hoſpitalibus, & aliis Beneficiis Regularibus verè dependentia, & ſubjectivè annexa, quæ juxtà ejuſdem Ordinis Statuta, Fratribus ſaltem Cappellanis ipſius Hoſpitalis concedi ſemper debuiſſent, quantumvis à longo, & forſan longiſsimo tempore, per abuſum, aut ex deffectu Fratrum Cappellanorum hujuſmodi ad id idoneorum, Clericis, ſeu Presbyteris Sæcularibus conferri, & per dictos Presbyteros, ſeu Clericos Sæculares obtineri conſueverint, in poſterum etiam Fratribus dicti Ordinis Cappellanis, ſi aliàs ad id idonei, & habiles reperiantur, concedere, & aſsignare, eoſque ad illorum curam, regimen, & adminiſtrationem deputare, ac etiam, juſtis concurrentibus cauſis, tám Sæculares Clericos, ſeu Presbyteros, quàm Fratres Cappellanos hujuſmodi, ab eorumdem cura, regimine, & adminiſtratione amovere, & alios in illorum loca ſubrogare; ipſique Fratres Cappellani, non ſecus ac Sæculares Clerici, ſeu Preſbyteri, eadem recipere, & adminiſtrare, non tamen in titulum perpetui Beneficii Eccleſiaſtici retinere, illiſque reſpectivé deſervire, & animarum curam hujuſmodi Beneficiis forſan annexam exercere liberè, & licité reſpectivè poſsint, & valeant.

In cauſis inter Militiam, & Milites, ac ſuper receptione ad habitum, duæ ſententiæ conformes vim trium obtinere debent.

Denique cauſas, lites, & controverſias quaſcumque, tam inter ipſam Religionem, ſeu Hoſpitalem Militiam, ejuſque Conventum, aut commune Ærarium ex una, & ſingulas perſonas Fratrum Militum ejuſdem Militiæ, cujuſcumque gradus, dignitatis, & præheminentiæ exiſtant, aut Cappellanos, aliaſque dicti Hoſpitalis perſonas, ex altera partibus; quám inter ipſos nunc exiſtentes, & futuros

Fra-



Fratres Milites, Cappellanos, & personas hujusmodi, hinc inde, super quibusvis rebus, & juribus; ac etiam inter eamdem Militiam, seu illius Fratres ex una, & quascumque alias Sæculares, aut Regulares personas, ex altera, super receptione ad habitum ipsius Militiæ, motas, & movendas, & coram ejusdem Militiæ Judicibus, & Tribunalibus Ordinariis, seu Commissariis, jam nunc introductas, atque pendentes, seu quandocumque introducendas, & agitandas, celerem, & expeditum cursum, & finem, prout ad ipsius Militiæ, ejusque Fratrum tranquillitatem, & utilitatem maximè convenit, sortiri, & obtinere volentes; statuimus atque decernimus, à sententia in hujusmodi causis lata per Judicem secundæ Instantiæ, nullam appellationem in suspensivo admitti, seu concedi, nisi quatenùs ea sententia sit infirmatoria primæ sententiæ definitivæ, seu vim definitivæ habentis, & in ea parte dumtaxat, quæ hujusmodi infirmationem importet; Sed, ubi duæ Sententiæ conformes inter se esse dignoscantur, easdem habere vim trium, & rem facere judicatam; quæ, nisi succumbens intra tres menses tunc proximos, speciali citatione coram nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis Auditore expedita, & parti victrici legitimè præsentata, illius executionem suspendi obtinuerit, debitæ executioni mandari possit, ac etiam debeat: Declarantes nihilominus, ab electione Fratrum Militum, & Præceptorum, seu Commendatariorum, in Bajulivos Magnæ Crucis nuncupatos, nullam appellationem seu recursum in suspensivo recipi, aut admitti, juxtà statutum XX. Consilii generalis dictę Militiæ, quod per easdem præsentes hac in parte expressè approbamus, & confirmamus: Nullas vero sententias, resolutiones, decreta, aut res judicatas quorumcumque Tribunalium, etiam Auditorii Causarum Palatii nostri Apostolici, aliorumque Judicum Romanæ Curiæ, prędictis Magno Magistro, & Conventui, ac Militæ, ejusque communi Ærario, super jurisdictione, ac præmissorum privilegiorum, & jurium civili possessione, vel quasi, nisi eadem Militia, citato in actibus substantialibus illius Procuratore in ea Curia constituto, &

Nisi infra tres menses executio rei judicatæ per Auditorem Pont. suspensa fuerit.

Nulla appellatio in suspensivo admittatur ab electione in Bajulivos Magnæ Crucis.

In causis, in quibus agitur de interesse Ordinis illius Procurator citandus erit.


& commorante, ſpecialiter ad cauſam vocata fuerit, ullatenus præjudicare poſſe, aut ipſis per ea præjudicatum cenſeri; ſed eoſdem ſemper, & quandocumque, ſententiis, & rebus judicatis hujuſmodi nihil obſtantibus, ſuper poſſeſſorio agere, ac etiam de ſpolio dare poſſe; Quod ne ab aliquibus in hoc intereſſe habentibus, aut habere prætendentibus, ignorari valeat; volumus, hujuſce diſpoſitionis noſtrę tenorem, per Edictum typis impreſſum, & in conſuetis locis publicis hujus Almę Urbis, aliarumque Curiarum, ubicumque opus fuerit, necnon ad valvas Eccleſiarum Prioratuum, Bajuliviarum, & Pręceptoriarum dictę Militiæ per Orbem conſtitutarum infra novem menſes proximos affigendum, ad publicam omnium notitiam deduci debere: Quo facto, diſpoſitio noſtra hujuſmodi omnes perinde arctet, ac ſi perſonaliter ſingulis intereſſe habentibus, aut habere prætendentibus, intimata fuiſſet.

Diſpoſitio hujuſmodi per Edictum publicum ad omnium notitiam deduci debet.

Ad quorum omnium perpetuam firmitatem, necnon bonorum, & jurium ipſius Militiæ indemnitatem magis aſſerendam, ejuſdem nunc, & pro tempore exiſtentibus Bajulivis, Prioribus, Caſtellano Empoſtæ, Præceptoribus, & Fratribus Militibus, ut omnes, & ſingulos Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, & eorumdem Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, Vicarios, ſeu Officiales, aliaſque perſonas in Dignitate Eccleſiaſtica ubilibet conſtitutas, necnon Canonicos Metropolitanarum, & Cathedralium Eccleſiarum, qui in Conciliis Provincialibus, aut Diœceſanis, juxta ſæpé dicti Concilii Tridentini Decretum, vel etiam extra hujuſmodi Concilia in caſibus per Apoſtolicas Conſtitutiones permiſsis, Judices electi, ſeu deſignati fuerint, dummodo in eadem Civitate, aut Diœceſi ſint conſtituti, ſemper, & quandocumque opus fuerit, ſervatâ formâ Conſtitutionis á fel. rec. Prædeceſſore noſtro Gregorio Papa XV. hac ſuper re editæ, in ſuos, & Privilegiorum, bonorum, & jurium hujuſmodi Conſervatores, & Judices eligere poſsint, qui ipſos adverſus inferentes eis injurias, ſeu gravamina, & damna in perſonis, rebus, & bonis, ac juribus hujuſmodi,

Facultas deputandi Judices Conſervatores.

 ma-



manutenere, & conservare, ac ipsi sic ab eis electi, omnibus privilegiis, facultatibus, & gratiis, quibus aliorum Ordinum non Militarium Conservatores uti, potiri, & gaudere solent, uti similiter, potiri, & gaudere debeant; earumdem præsentium serie, & auctoritate prædicta, plenam, & liberam facultatem, concedimus, & indulgemus.

In causis passivis personæ Ordinis coram propriis Judicibus conveniri debeant.

Utque præterea in iis locis, in quibus Judices particulares eorumdem Fratrum Militum, & Cappellanorum, ac Inservientium Hospitalis prædicti, per Priores, aut Bajulivos, aliosve ad id facultatem habentes, deputati, Tribunal apertum retinere actu consueverunt; iidem Fratres Milites, & Cappellani, ac Inservientes, in omnibus civilibus causis, in quibus ipsi rei fuerint, coram hujusmodi Judicibus in prima Instantia privativè etiam de cætero conveniri debeant, salvâ observantiâ Decreti in eadem Tridentina Sydono Sess. VII. Cap. XIV. editi, quoad causas mercedum, & miserabilium personarum, & salvo jure legitimæ Appellationis in secunda, & ulterioribus Instantiis, ad Nos, & Sedem Apostolicam, statuimus etiam atque decernimus.

Clausulæ amplissimæ pro præmissorum firmitate.

Ipsas quoque præsentes Litteras, atque omnia, & singula in eis contenta, & expressa, seu per eas confirmata, & innovata Privilegia, & Indulta, semper & perpetuò firma, valida, & efficacia existere, & fore, nec unquam sub generalibus Privilegiorum, & Indultorum hujusmodi revocationibus, aut derogationibus, seu contrariis Constitutionibus, Ordinationibus, Legibus, & dispositionibus, in quibuscumque Apostolicæ Sedis Litteris, aut Conciliorum etiam Generalium Decretis, præterquam Concilii Tridentini, cujus Decreta in omnibus, & per omnia salva, & præservata esse volumus, comprehendi, nec ipsam Hospitalem Militiam ex his arctari, & affici, nisi de iisdem Privilegiis, & Indultis, ac de ipsa Hospitali Militia expressa mentio fiat, ac etiam quoad aliqua ex superiùs expositis, illius Magni Magistri, & Conventus prædictorum expressus, ut præfertur, consensus accedat: Et ita, ac non aliàs, in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Pala-


latii Apostolici Auditores prædictos, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, dictæque Sedis Nuntios, & alios quoscumque, quavis auctoritate, potestate, officio, & Ecclesiastica, seu mundana dignitate fungentes, ac prærogativa, privilegio, præheminentia, & honore fulgentes, sublatâ eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, in quocumque judicio, & in quacumque Curia, & in qualibet instantia, judicari, & definiri debere decernimus, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariis.

Non obstantibus nostris, & Cancellariæ prædictæ in contrarium præmissorum quomodolibet editis, vel edendis regulis, & quibusvis aliis in contrarium eorumdem præmissorum, etiam Apostolicis, seu in Synodalibus, Provincialibus, & Universalibus Conciliis editis, & edendis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac quarumvis Archiepiscopalium, & Episcopalium Ecclesiarum juribus ac consuetudinibus, etiam longo temporis spatio præscriptis, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis, illis, eorumque Præsulibus, aliisque Personis, etiam speciali nota dignis, ac Regnis, Provinciis, Civitatibus, ac Locis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac etiam Consistorialiter, aut aliàs quomodolibet, etiam iteratis vicibus, in contrarium præmissorum concessis, approbatis, confirmatis, & innovatis, etiamsi in eis caveatur expressé, quod illis per quascumque Litteras Apostolicas, etiam motu simili, deque pari Apostolicæ potestatis plenitudine pro tempore concessas, quascumque etiam derogatoriarum derogatorias clausulas in se continentes, derogari non possit, neque censeatur eis derogatum.

Quibus omnibus, & singulis, quamvis de illis, eo-

rum-



rumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua mentio facienda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, eorum tenores eiſdem præſentibus; perinde ac ſi de verbo ad verbum nihil penitùs omiſſo hic inſerti forent, pro plené, & ſufficienter expreſsis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum omnium, & ſingulorum validiſsimum effectum, hac vice dumtaxat, latiſsimé, & pleniſsimè, ac ſpecialiter, & expreſsé, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, earumdem tenore præſentium derogamus, & derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides habenda tranſumptis.

Volumus autem, ut earumdem præſentium tranſumpta, ſive exempla, etiam impreſſa, manu Vicecancellarii ejuſdem Conventus, ſeu alicujus Notarii publici ſubſcripta, & pro tempore exiſtentium ejuſdem Militiæ Magni Magiſtri, vel cujuſvis ex Bajulivis, Prioribus, aut Caſtellano prædictis, ſeu alterius perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ, ſigillo munita, eamdem ubique fidem, & auctoritatem obtineant in judicio, & extra, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Sanctio pœnalis.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum abſolutionis, confirmationis, approbationis, exemptionis, liberationis, conceſsionis, indulti, mandati, facultatum impertitionis, extenſionis, ampliationis, declarationis, ſtatuti, prohibitionis, revocationis, caſſationis, annullationis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. Pont. Anno XIII. die 12. Martii 1752.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ M.DCCLII. quarto Idus Martii, Pontificatus noſtri Anno XIII. D. Card. Paſsioneus. J. Datarius. VISA De Curia J. C. Boſchi. J. B. Eugenius. Loco ✠ Plumbi. Regiſtrata in Secretaria Brevium.

FRA-

FRATER EMMANUEL PINTO, DEI GRATIA, Sacræ Domus Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani, & Militaris Ordinis Sancti Sepulchri Dominici, Magiſter humilis, pauperumque Jeſu-Chriſti cuſtos: Univerſis, & ſingulis præſentes noſtras Litteras, viſuris, lecturis, & audituris, ſalutem. Notum facimus, & in verbo veritatis atteſtamur, qualiter præmiſſum Litterarum Apoſtolicarum tranſumptum, ſivé exemplum impreſſum, collatum cum ſuo originali in Cancellaria noſtra conſervato concordat; quodquidem in hanc publicam formam extrahi, & redigi juſsimus, ut ubique tàm in juditio, quàm extra eidem plena, & indubitata fides adhibeatur. In cujus rei teſtimonium Bulla noſtra Magiſtralis in cera nigra præſentibus eſt impreſſa. Datum Melitæ in Conventu noſtro die ſeptimo menſis Aprilis milleſimo ſeptingenteſſimo quinquageſsimo quinto. Regiſtrata in Cancellaria. Loco ✠ Sigilli. Fr. Franciſcus Guedes, Vicecancellarius.

PETICION.

ILL.^mo^ SEñOR. Franciſco Gonzalez del Camino, en nombre del Venerando Baylío Fr. Don Fernando Antonio de Aguilera, de la Religion de San Juan, y ſu Miniſtro Recibidor en eſta Corte, con eſpecial encargo de los negocios de dicha Religion, en la mejor forma que de Derecho proceda, ante V.S.I. parezco, y digo: Que nueſtro muy Santo Padre Benedicto XIV. por ſu Bula expedida, motu proprio, en doce de Marzo de mil ſetecientos cinquenta y tres, ſe ha ſervido de confirmar, renovar, y explicar todos los Privilegios, Gracias, Exempciones, è Indultos haſta aqui concedidos al Eminentiſsimo Gran Maeſtre, y citada Religion por los Santos Padres ſus anteceſſores, mandando *ex plenitudine poteſtatis*, que todas ellas ſe obſerven, guarden, y cumplan á la dicha Sagrada Religion, ſus Individuos, Encomiendas, Bienes, y todo lo demàs que en ella ſe contiene, y reſulta del certificado impreſſo, que original exhibo con la ſolemnidad, y juramento debido, cometiendo ſu execucion, y la conſervacion de dichos Privilegios, é Indultos à V. S. I. y demás Señores Nuncios; con la prevencion, de que el traslado

tenga igual firmeza que el original, como en dicho Breve se contiene; y para que en todo tenga la puntual obſervancia, que es debida, reſpecto haver merecido el Paſſe, y aprobacion de los Señores del Real, y Supremo Conſejo de Caſtilla: Por tanto, à V. S. I. pido, y ſuplìco ſe ſirva de haberla por exhibida, mandando ſe guarde, cumpla, y execute quanto en ella ſe contiene, haciendo publicarla en debida forma de Derecho, y que ſe ponga una copia autorizada en el Archivo, ò Archivos de eſte Tribunal, y que à mi Parte ſe dén las copias que neceſsitare, autorizadas de Notario Apoſtolico, y ſacadas con autoridad de V.S.I. para ſu mayor firmeza, y que puedan hacer la entera fee, y credito, que por nueſtro muy Santo Padre ſe manda, ſobre lo qual hago el Pedimento, ó Pedimentos, que mas utiles, y neceſſarios ſean, con el de juſticia, coſtas, juro, &c. Licenc. D. Nicolàs Romero Amaya. Camino.

Y en viſta de dicha Bula, y Peticion, dimos, y proveímos el Auto del tenor ſiguiente.

A U T O. Guardeſe, y cumplaſe la Bula confirmatoria de ſu Santidad de los Privilegios Pontificios concedidos à la Religion de San Juan, y para ello ſe dén Mandamientos *cum inſerto tenore*; y á las copias de dichos Mandamientos, ſiendo firmadas del infraſcripto Secretario de S. M. y de Juſticia de eſte Tribunal, ú del Oficial Mayor, y Archiviſta de èl, y ſellado con el Sello de las Armas de ſu Iluſtriſsima, ſe las dè la miſma fee, y credito que al original, y ſe ponga en el Archivo de eſte Tribunal un Exemplar firmado. Proveyòlo el Iluſtriſsimo, y Reverendiſsimo ſeñor Don Geronymo Spinola, Arzobiſpo de Laodicéa, Nuncio Apoſtolico de ſu Santidad en eſtos Reynos de Eſpaña, en Madrid à trece de Diciembre, año de mil ſetecientos cinquenta y cinco, y lo firmò el ſeñor Auditor. Thomàs de Gallis, Auditor. Por mandado de ſu Iluſtriſsima. Don Manuel de Ypenza.

Por tanto, en execucion, y cumplimiento de lo que dicho es, libramos las preſentes, por las quales, y la Autoridad Apoſtolica à Nos concedida, de que en eſta parte uſamos, en quanto à los referidos Señores Arzobiſ-

biſpos, y Obiſpos, exortamos, y requerimos, y ſiendo neceſſario les mandamos en virtud de ſanta Obediencia, ſo pena del Entredicho, é Ingreſſo de ſus Igleſias, y de mil ducados de vellon, aplicados para gaſtos de Guerra contra Infieles; y en quanto à las demàs perſonas contenidas en la cabeza de ellas, les mandamos en virtud de ſanta Obediencia, ſo pena de Excomunion mayor Apoſtolica, y de quinientos ducados, aplicados ſegun dicho es; que luego que ſean requeridos con las preſentes, ò cada uno de ellos lo fuere, vean la Bula de ſu Santidad, que và preinſerta, confirmatoria de los Privilegios Pontificios concedidos à la Religion de San Juan, y la guarden, cumplan, y executen, hagan guardar, cumplir, y executar en todo, y por todo, ſegun, y como en la referida Bula confirmatoria ſe contiene, ſin ir, ni venir contra ſu tenor, y forma en manera alguna, llevandola, y haciendola llevar à pura, y debida execucion con efecto, y lo cumplan reſpectivamente: con apercibimiento, que haciendo lo contrario, procederèmos à agravacion, y reagravacion de las Cenſuras que les vàn impueſtas, execucion de penas, y á todo lo demàs que huviere lugar en Derecho; y mandamos, que à las copias impreſſas de las preſentes, ſiendo firmadas de Don Manuel de Ypenza, Secretario de S. M. y de Juſticia de nueſtro Tribunal, ò de Don Franciſco Aguſtin de Lorza Aguirre, Oficial Mayor, y Archiviſta de èl, y ſelladas con el Sello de nueſtras Armas, ſe les dè la miſma fee, y credito que à ſu original. Y aſsimiſmo mandamos ſe ponga un Exemplar firmado en el Archivo de dicho nueſtro Tribunal, para que ſiempre conſte, ſegun, y en la conformidad que ſe pide por el referido Baylío Fr. Don Fernando Antonio de Aguilera. Y mandamos, en virtud de ſanta Obediencia, y ſo pena de Excomunion mayor Apoſtolica latæ ſententiæ, à qualquier Notario, ó Eſcrivano, que fuere requerido con las preſentes, las notifique, y de ello dè fee, ſin las detener. Dadas en Madrid à veinte y dos de Diciembre de mil ſetecientos cinquenta y cinco. Thomás de Gallis, Audi-



ditor. Por mandado de ſu Iluſtriſsima. Don Franciſco Aguſtin de Lorza Aguirre por el Secretario Ypenza.
Lugar ✠ del Sello.

Concuerda eſte traslado con el Mandamiento original, expedido por el Señor Iluſtriſsimo Nuncio de ſu Santidad en eſtos Reynos de España veinte y dos de Diciembre del año proximo paſſado de mil ſetecientos cinq y cinco. Y para que conſte, en virtud de lo mandado por ſu Iluſtriſsima Auto de trece del miſmo mes, yo Don Franciſco Aguſtin de Lorza y Ag Oficial Mayor, y Archiviſta del Tribunal de la Nunciatura de ſu San en eſtos dichos Reynos, lo firmo en Madrid à ſiete de Enero, año de mil cientos cinquenta y ſeis.

Don Fran.co Ag.n de Lorza y Aguirre